

trator quam primum electus et constitutus fuerit. Tunc a nobis Haere di-
bus & successoribus nostris. Regibus Bohemiae statim pro hac Jurisdic-
tione causa a iuramento & fide nobis praestita absolvi debet iura-
mentumque prestare debebit ac tenebitur, Quod se in ea causa
iuste & sine aere ad utramque partem geret ac servabit sine dolo &
fraude. Juxta totam vigentem suam possibilitatem, et virtutem, Factus
& praestito tali iuramento, debet statim cum duobus consiliariis nostris.
duobus item praedicti consanguineis et loceris nostris ad hanc cau-
sam designandam, et designandam deputatis ad civitatem Pon-
tensem et a die electionis eius in arbitratorem in spatio duorum
mensium proficisci & venire debet, ad audiendam, Examinandam
et absolvendam causam illam, sine ulla longiori protractione, Ita-
lem controversiam, ibi iudicialiter inter partes diffinire. Quod cum
per talem arbitratorem & consiliarios supra scriptos con-
clusum & determinatum fuerit, debet & tenebitur una pars alteri
satisfacere iuxta litem sententiae tenorem, & ordinem finaliter
in nullo mense absque vi contradictione. Quae omnia & singula in his pre-
sentibus scripta & contenta in omnibus Articulis clausis primis verbis
& sententiis Nos Vladislavus Rex cum haeredibus successoribus & nobi-
lis nostris, ante nominatis promittimus et pollicemur oia bona fide
et sine dolo, rata grata, firma & solida habere tenere & inviolabiliter
ac integre servare ac custodire. Quibus in testimonium pro ma-
iori & firmiori stabilitate & Testimonio sigillum nostrum Regale appen-
dere mandavimus. Datum Bude Sabatho die Sancti Nicolai
Episcopi & pontificis, Anno dmi. Millesimo quingentesimo quinto
Regnorum autem nostrorum Hungariae 16. Bohemiae tricesimo quinto

